



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

torem regis ignoravi Dauidem. Interim impium cor
regis uides qui etiam non uult inuocari pro Dauid
dominum & c. **Morte.**

Sententia impia est nunc, quæ tamen exequitur sen-
tentiam domini rectam supra latam cap. 2. Sic impij
sunt ministri dei dum etiam non deo, sed Satane ser-
uiunt. Notus est locus Esa. 10. V. e Assur & c.

Sacerdotes domini subinde hic uocat scriptura, ut
atrocius scelus depingat & magis impium Saulis ani-
mum ei q; obsecundantis Idumæi Doëch.

Noluerunt,

Scilicet ueriti deum, ut cūq; adeo adhuc infirmi ut non
defenderent innocentiam & pietatem.

Ephod.] Ne species quidem sacerdotalis habitus,
qui signū erat cōsecratiōis diuine, deterruit à scelere.

Nobe.] Horrendo exemplo alijs ciuitatibus com-
minari uidetur, ne faueant Dauidi.

De Abiathar diximus cap. 2.

CAPVT XXIII.



Stud scilicet fuit dei consiliū quare uolua-
erit Dauidē reuerti in terrā Iuda, nempe
ut Ceila urbs Iuda liberaretur, et fortiter
agret per deū Dauid pro suo regno contra Philistæ-
os, sed ista uictoria statim cruce premitur, dū Saul sibi
datā etiā à deo opportunitatē occidendi Dauidē ara-

bitratur, & deus traditores fore prædicit Ceilitas qui
 seruari fuerat Dauidis beneficio. Deinde et à Ziphæis
 exēplo forte Nobeatorū territis, proditus, obsidetur
 à rege, sed statim ubi oīa desperata Dauidi uidebātur,
 infusus regno Philistæorū exercitus liberat eū obsidi-
 one, ut uel ex hoc ca. uideas admirabilem erga Dau-
 dem dei prouidentia & misericordia, deus in despera-
 tionē adigit, ut oībus desperatis ostendat q̄ sint ipsi cu-
 re electi. Nihil non fit ne iste Dauid regnet, qui tamen
 rex est per deū uel inuitis portis inferorū, quemadmo-
 dū quid à Satana & mūdi potētia, sapiētia et iustitia,
 nō tentatur cōtra Christū & Christi regnū? & tamen
 manere oportet in eternū & perire aduersarios quē
 regnare uidētur. Hic uides quod scribitur Prouer. 21.
 non esse sapiētia, nō esse prudentia, nō esse consiliū
 aduersus dñm, ut discas nullo confidere præter dñm
 nihil timere præter dñm, p̄pterea enī ista scripta sūt.

Ecc̄e Philistijm.] Hic rursum declaratur uel Cei-
 lanis, quis sit uerus rex & pastor in illo populo.

Consul.] Vult certificari de dei uolūtate & adiu-
 torio, ne uideatur tentare deū, nā res est supra uires.

Porro.] Hoc interseritur, ne miretur lector unde
 fuerit ī exercitu Dauidis Ephod sacerdotale, qđ in ta-
 bernaculo domini cōsueuerat seruari. Nō neglexit Da-
 uid cū haberet sacerdotē & Ephod mādata de Iosue
 Moysi data, Nu. 27. Pro hoc si quid agēdū &c. Si talis

*Confidit dolo
 in temporibus
 sublimis
 affert, de lra
 de facti de nō*

nō habuisset, usus fuisset sua libertate. Cor fidele nullis externis alligatum est, nisi deus iubeat. Aduerte q̄ deo mirabiliter disponēte, & dei sacerdotiū & dei regnū cū Dauid est, cū Saule nihil nisi species et hypocrisis.

Tradidit eum dominus:

Ita iam iudicat impietas quasi dominus ab ipsa stet, sed contra dicitur infra. Et non tradidit eum dominus in manus eius. Vnde in psal. 49. Existimasti inique q̄ ero tui similis &c.

Domine deus.

Dauid ubiq; à consilijs habet deum, ergo perire nō potest, per Ephod autē in sacerdote interrogat dominū, ut hic agnoscat deus quod instituerat & mandauerat, ut supra dictum, alioqui sine dei uerbo ista fuissent uerba.

Tradent.] Quis hanc reuelationem dei non uidet intelligendam cū conditione, scilicet, Nisi fugeris. Sicut in Iona post quadraginta dies Niniue subuertetur, scilicet nisi poenitentia egerit. Hic uides Dauidi non fuisse tutum ne apud illos quosdam quos seruauerat, ut discamus non cōfidere in hominibus quibuscūq; Hier. 17. Non uoluit istam fiduciam deus esse in Dauid. Ecce nunc habes urbem militatam, ciues tibi obnoxios, totum Israëlem fauentem, quia auertisti Philistaeos, non poterit iam rex nocere, aut nō permittetur &c. sed uoluit deus eum omnino de omnibus desperare & destitutū armis obijcere, ut in se solo speraret.

Ionathas. Dum fidem seruat & renouat sacramentū Ionathas cum Dauide, spiritu dei tactus prophetat & confortat Dauidē. Ad hoc tamen non peruenit Ionathas ut esset ipse secundus, uerū iuramentū non solum Ionathan & Dauidem respicit, sed etiam posteros, ut dictum cap. 20. Porro grauissime damnat patrē coram deo dū dicit. Sed & Saul pater meus scit hoc. Non enim potuit nunc latere amplius Saulē, q̄ in Bethleem unxisset dominus per Samuelē ipsum Dauidem, & supra dictū est, q̄ Saul nouit à se dominum recessisse & esse cum Dauide. Hęc non potest tacere scriptura, ut ostendat istam hypocrisim contra conscientiam pugnare contra deum, dum uult coram hominibus uideri pugnare cōtra insidiatorem regis & regni perturbatorem, quemadmodū nunc perturbationem omnium rerum pretextunt qui Euangelium opprimere uolunt.

Ziphei. Ex hac historia in qua nihil omittitur, quod ad sapientiā & uires humanas attinet, cōtra Dauidē, docet Dauid in psal. 53. quid sperandū sit credenti, ubi inciderit in talē mortem & inferos, nam illic ex hac historia proditionis Siphæorum titulus est, Vnde & ait in persona Christi, Psal. 17. Circūderunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me &c.

Benedicti. Ita persuadere nititur sanguinaria illa hypocrisis, pro deo facere & obsequium deo quot

quot impietati consentiunt cōtra ea quæ dei sunt. Cæci sunt, inquit Christus, & duces cæcorum. Et ita quasi sub honore dei nomen dei blasphematur &c.

Porro.] Heb. Dum Dauid properabat Saulem fugere, Saul & utriusque in modum cornæ &c. Hic nihil aliud uidebatur quàm mors. Sed ita deducit dominus ad inferos & reducit. Petra ista tutissimum præsidium uidebatur, sicut supra de spelunca dictū, unde illi loco nomen Petra erat, qui postea ex hac dei liberatione nomen habuit Petra diuidens, uel petra diuisionis, quæ illic diuiserat deus Saulem à Dauide &c.

CAPVT XXIIII.

IAm ubi nihil omittit Saul & certo se sperat cōprehensurū Dauidem, traditur à deo in manus Dauidis, & uel mutus cogitur etiā cum lachrymis fateri dei manum & Dauidis innocentiam, suamque iniquitatem in utrunque. Ideoque ut solet statim iurat Dauidi fidem, quæ more suo seruat, ut infra uides ca. 26. Subito enim stupore correptus, ubi audiuit se in manu fuisse Dauidis, quem sciebat regnaturum post se, slet, fatetur, iurat, sed poenitentiam hypocriticam fuisse res declarat, de qua supra quādoque diximus.

Ecce dies.] Ista reuelatio domini alibi non legitur. Præscidit. Admirantur prudentes mundi qui ista